HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 25v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



uitur detrahere saluatori quasi nichil percipui et excellens habue
rit. Factus pro nobis maledictum. cui et ceteri pro alius maledicti facti sint.
Hemo enim illorum quatenus factus fuerit ipse maledictum. quem piam
liberauit absque solo domino nostro iesu xpo qui pretioso sanguine suo. et nos omnes
et ipsos moysen dico. et aaron. prophetas et patriarchas de maledicto
legis redemit. Hec hoc ex meo sensu dictum putetis scriptura testis
est qa xpc gratia dei. sicut ut in quibdam exemplarib legit absque dono p
omnib mortuus est. Si autem pro omnib. et pro moyse et pro uniuersis prophetis.
equib nullus potuit delere cirographum uetus qd aduersum nos
scriptum erat. et adfigere illud cruci. omnes peccauerunt. et indigent
gla dei. Ecclesiaste qq hanc adfirmante sententia. Homo non est
iustus in terra qui faciat bonum et non peccet. Denique et inferius apli
dicti manifeste docet nec moysen. nec illustre aliquem de antiquis
uiris apud dm iustificari potuisse per legem. Sequitur enim. Qm autem
in legem nemo iustificatur apud deum manifestum est qa iustus ex fide
uiuit. Ex aut non est ex fide. s; qui fecerit ea uiuet in illis. Exemplum
quo probatur iustum ex fide uiuere et non ex operib. de abacuc prophe
ta. qd ita lxx interpretes edideruntt. Iustus autem ex fide mea uiuet.
Aquila et theodotion. Iustus autem ex fide eius uiuet. idest dei. Considerandum
tamq. quia non dixerit homo autem uir ex fide uiuit. ne occasionem
tribuere ad uirtutem opa contemnenda sed iustus ex fide uiuit
ut quicumq; fidelis esset. et per fidem uiueturus non aliter posset ad fidem
uenire uel in ea uiuere. nisi prius iustus fuisset et puritatem uitae
quasi quibdam ad fidem gradib ascendisset. Iniquum quippe fieri ut sit
aliquis iustus et tamen non uiuat absque fide xpi. Si legentis seru
pulus commouetur: paulii uerba suscipiat quib de se ait. Secdm
iusticiam quae in lege est sine reprehensione. Fiat quippe paulus tem iustus
in lege. sed nec dei uiuere poterat. quia non habebat in se xpm lo
quentem ego sum uita. inquiem credens postea cepit et uiuere.
Faciamus et nos aliqd simile huic qd dr: iustus ex fide uiuit
et dicamus. castus ex fide uiuit. sapiens ex fide uiuit. fortis
ex fide uiuit. et aeteris uirtutum partib uicina sententiam

h uiri pharisees.